

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honestas d
cum fonte primo

Ecce torpent ingenia desidiose
iuuentutis, nec in unius
honestate ←
rei labore uigilatur; sompnus
langorque et sompno et langore turpior
malarum rerum industria inuasit animos;
cantandi saltandique obscena studia
effeminatos tenent;

et ad muliebres blandicias extenuare
uocem, mollicia corporis certare cum
feminis et immundissimis se
excolere immundiciis nostrorum
adolescencium specimen est,

expugnatores aliene pudicitie,
negligentes sue.

Seneca in rethorica.

Torpent ecce ingenia desidiosae
iuuentutis, nec in unius

rei labore uigilatur: somnus
languorque ac somno et languore turpior
malarum rerum industria inuasit animos;
cantandi saltandique obscena studia
effeminatos tenent

→
honestae;
[et] capillum frangere
et ad muliebres blandicias extenuare
uocem, mollicia corporis certare cum
feminis et immundissimis se
excolere munditiis nostrorum
adulescentium specimen est.

quis aequalium uestrorum quid dicam
satis ingeniosus, satis studiosus, immo
quis satis uir est? emolliti enervesque
quod nati sunt inuiti manent,
expugnatores alienae pudicitiae,
neglegentes suae.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor),
Controuersiae libri decem, praef. 8-9 (L.
Hakanson ed., pp.2-3, ll.33-37, 1-4).